IOANNIS MARCI AQVILINI, V. I. D. CLARISSIMI,

IN PRIMAM INFORTIATI, ac etiam ff. Noui Commentarij acutiſsimi, ac ſelectæ prælectiones;

Quarum capita octaua ab hinc pagella oſtendet.

CVM INDICE RERVM OMNIVM, locorumq; inſignium locupletiſsimo.

Cum priuilegijs Regni Neapolitani, Regis Galliæ, & Senatus Veneti.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAM

VENETIIS,

Impenſis Societatis Neapolitanæ.

M. D. LXXX.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

ILLVST.MO ATQVE EXCELL.MO BISINIANI PRINCIPI NICOLAO BERARDINO SANSEVERINO

Ioannes Marcus Aquilinus fœlicitatem.

STATVERAM *iam pridem, Illuſtriſsime Princeps, ſi quid vnquàm in ciuili diſciplina laude dignum perficerem, id totum dicare Excellentię tuę, & conſecrare. id enim expoſtulabat; tum mea erga te naturalis quędam, ac penè incredibilis obſeruantia, tuis in me pręcipuè ſummis, atque innumerabilibus beneficijs aucta: tum patria ipſa de me optimè merita, quę cum illud à me quaſi ſuo iure repetere videretur, ſatis me illi factum exiſtimaſſem, ſi tibi in ea tam fœliciter imperanti ſtudiorum meorum primitias obtuliſſem: tum etiam opus ipſum, vt tui nominis ſplendore illuſtratum, illud in publicum prodire poſſet. Cum qui diuulgantur libri ob maximam obtrectatorum inſectationem, caninamq́ facundiam patrono, defenſoreq́ plerunque indigeant; quod cùm & ipſe animo meo diu verſarem, nullum in locum mihi viſus ſum quantulaſcunque noſtras lucubrationes poſſe tutius reponere, quàm ſi nomini tuo commendarentur. Sed cùm ſæpè Excellentię tuę, virtutumq́ tuarum incomparabilem magnitudinem contemplatus, nec dùm occurrere quicquam videretur, quod ſatis dignum amplitudine tua exiſtimarem, hac re veritus ſum hos in aliquot Infortiati & Digeſti Noui leges, (quę lucubrationum mearum primitię ſunt) Commentarios tibi, immortaliq. Excellentię tuę dicare. Neque enim tàm hebes ſum: vt non noſcam, vel cogitem, quàm nihil tali, tantoq. Principe dignum, tenuitas mea afferre poſsit: ſed nihilominus cunctantem me multa impulerunt; primùm admirabilis illa tua vel exteris nota clementia, qua pręcipuè Deum Opt. Max. imitaris, deinde & in ſtudioſos viros genuina benignitas, atque etiam ne ingrati crimen incurriſſe videar. Quare malui cùm tàm leui munere Excellentię tuę parùm prudens, quàm immemor prorſus, & officij, & beneficij videri. Itaq. quicquid id lucubrationis ſit, Illuſtriſs. Princeps, Excellentię tuę dedicare volui, non quòd dignum vllo pacto munus iudicem: ſed animum in te affectatiſsimum declarare volui. Nam pręterquam quòd immortali beneficentia tua me excellentia affecit, eligendo me in maximis tuis cauſis Aduocatum, tanto tamen virtutum cumulo*

IOANNIS MARCI AQVILINI V.I.D. COMMENTARIVS IN

§. & quid ſi tantum. l. Gallus. ff. de liber. & poſthum.

EPITOME PRAEFATIONIS.

ISTE eſt ſubtilis §. ſecundum Bar. ſingularis, vt qui maximè, ſecundum Bal. totus aureus, ſecundum Alex. vtiliſſimus & ſolenniſſimus omnium, qui ſint in iſta lege, ſecundum Iaſonẽ: re & fama celeberrimus, magnamq́; in ſe vtilitatem & ſubtilitatem continens, ſecundum Crot. Fortu. Alciat. & Emanul. Coſtam, vtilior & ſubtilior totius iuris, ſecundũ Soc. Iuniorẽ.

1 *Suitas quid ſit? & prima diffinitio reprobatur.*
2 *In diffinitione nil debet eſſe ſuperfluum.*
3 *Suitatis ſecunda diffinitio ſecundum Angel. de Periglis.*
4 *Suitas non eſt ius.*
5 *In diffinitione poni debet rei ſubſtantia, eiuſque effectus, non autem cauſa, propter quam ſubſtantia effectum illum parit.*
6 *Suitas an poſſit eſſe ſine patria poteſtate?*
7 *Poſthumus nec verè nec fictè nullo unquam tempore in patris poteſtate fuiſſe videtur.*
8 *Poſthumus nec dum eſt in utero, nec poſtea natus fingitur retrò fuiſſe natus.*
9 *Poſthumus cur ſuus hæres dicatur?*
10 *Declaratio §. poſthumi. Inſtit. de hær. quæ ab inteſ. defer.*
11 *Poſthumus ſuus hæres verè, non fictè eſſe cenſetur.*
12 *Qui per dignitatem à patria poteſtate liberantur, an ſui hæredes ſint?*
13 *Indulta ad augendum diminutionem operari non debent.*
14 *Suitas ſemel propter patriam poteſtatem ineſſe deducta, an poſſit ſinè ea conſeruari?*
15 *Aliud eſt, ſi lex ſimpliciter diſponat, & aliud eſt, ſi ultrà procedat, aliter diſponendo.*
16 *Statutum dictans, ut eius bona, qui ſinè filio in poteſtate deceſſerit, dominio ciuitatis applicentur, locum non habet in eo, qui Epiſcopum, aut in alia dignitate conſtitutum filium habuerit.*
17 *S.C. Macedonianum an ceſſet in ijs, qui per dignitatem à patria poteſtate liberantur.*
18 *Statutum, quo cauetur filiosfamilias non poſſe officia obtinere, an comprehendat huiuſmodi per dignitatem liberatos?*
19 *Beneficium abſtinendi eatenus locum habet, quatenus filio commodum, atque utile eſt.*
20 *Iuri immiſcendi nullo unquam tẽpore præſcribi poterit.*
21 *Sui hæredes ipſo iure hæredes ſunt, etiam ſi ſe non immiſceant, & ignorantes ſint.*
22 *Abſtinendi beneficium, an expreſſè vel tacitè tolli poſſit? & noua declaratio l. licet, C. de iur. delib.*
23 *Noua ratio d. l. licet,*
24 *Ius immiſcendi differt à iure adeundi, quantum ad preſcriptionem attinet.*
25 *Iuri immiſcendi, adeundi, & hæreditatis petitioni, an uno eodemque tempore præſcribatur?*
26 *In odium inducta ſunt, in fauorem retorqueri non debent.*
27 *Filius familias à patre naturali extraneæ perſonæ in adoptionem datus, an in adoptiui patris poteſtatem tranſeat?*
28 *Frater fratri impuberi pupillariter à communi patre ſubſtitutus, patri non fratri ſuus & neceſſarius hæres eſt.*
29 *Nepos an indiſtinctè ſit ſuus hæres.*
30 *Declaratio §. cum autem. Inſti. de tutelis.*
31 *In ſuum hæredem plerunque non illicò à morte parentis verum dominium tranſire.*
32 *Suitatis tertiam diffinitionem ſecundum Fabium non ſubſiſtere.*
33 *Suitatem facti non iuris eſſe.*
34 *Sui hæredes qui ſunt.*
35 *Intellectus l. qui in aliena, §. interdum, de acq. hæred.*
36 *Filius exhæredatus, an ſuus hæres eſſe deſinat?*
37 *Suitas quo ad hæreditatem ex teſtamento delatam exhæredatione ipſo iure tollitur, non etiam quo ad eam, quæ ab inteſtato defertur.*
38 *Exhæredatio ante aditam hæreditatem effectum habet.*
39 *Nepos ita demum ſuus hæres erit, ſi præcedens perſona deſierit in poteſtate parentis eſſe.*
40 *Nepos, exiſtente filio exhæredato, ſolus ſuus hæres auo exiſtit.*
41 *Suitatem non capere niſi primum gradum, in quo hæreditas defertur.*
42 *Nepotem ſuum hæredem auo exiſtere, etiam ſi in poteſtatem patris ſui recaſurus ſit.*
43 *Suus hæres eſſe non poteſt, quin neceſſarius hæres ſit.*
44 *Filius exhæredatus non ex perſona ſua, ſed nepotis hæres patri exiſtit.*
45 *Tex. in d. §. interdum, non procedit, quando filius & nepos ſimul eſſent inſtituti.*
46 *Teſtandi ius eſſe de iure ciuili.*

IOANNIS MARCI AQVILINI V. I. D. CLARISSIMI,

In Secundam Partem Digeſti Noui Commentarij acutiſsimi,

Ac prælectiones celeberrimæ in Rub. l. 1. & 2. de verbor. obligat.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, M D LXXX.

& Seruius. Alex.nu.11.Claud.nu.6.Soc.nu.8.Galia. nu.11.hic,& Hieron.Cuchal.ubi ſupra, ſiue indictæ ſint non propter factum aliquod præcedens, ſed ex negligentia;nec procurauit,ne concederentur; qđ & Alex.& Claud.admittunt; quicquid dicant Soc. & Hieron. Cuchalon in locis ubi ſupra.

41 Nam iura,quibus glo.Bart.Soc.Galia. & ſequaces innituntur, contrarium potius probant; tum primò tex.in d.l.nam & Seruius. tum quia ibi tertius expreſsè mandauit duobus, ut pro eo quoque pecuniam ſolueret,patet ibi,& unus ea conditione miſſus, ut pecuniam pro tribus afferret, & niſi rediiſſet, ut duo pro eo quoque pecuniam darent, tũ etiam quia etiam ſi ſine mãdato ab initio duo pro tertio pecuniam dare promitterent, ad finem ut ille mitteretur,idem iuris eſſet.l.metum.§.ſed licet. de eo quod metus cauſa. & ſic ille text. aptari non poteſt, ubi quis iniuſtè eſt captus & exactus pro eo qui iuſtè pignorari non poteſt.

42 Tum ſecundò non probat text. in l. ſi merces.§. culpæ,locati.quia (ut rectè reſpondit hic Alex.)ibi præcedit contractus, de cuius natura eſt, ut & dolus,& culpa præſtetur.l. item quæritur.§. exercitu. eo.ti.l.ſi ut certo. §. nunc uidendum, commodati. l.contractus. de reg.iur. meritò culpæ ipſius & illud annumeratur, ſi propter inimicitias eius uicinus arbores exciderit.colonus enim ſciens ſe habere inimicitias etiam abſque culpa ſua ortas,diligẽtius cuſtodire tenetur,ut illic glo. & doc.explicant, at hic ſciens repreſalias non poſſe iuſtè contra ſe indici,non uidetur eſſe in aliqua culpa, ſi non procurauerit, ne indicerẽtur,uel hoc notum non fecerit.

43 Tum tertiò non probat tex.in l.pe.in prin. & ibi glo.& doct.ſol.matr.quia illa ſeditio, in qua res dotales perierunt,Grachi culpa facta eſt;at hic repreſaliæ iniuſtè indictæ ſunt, & ſic ſine culpa eius, cuius nomine indictæ uidentur.

44 Tum quartò non obſtat, quod debitor a principe exactus in iniuriam creditoris liberatur, ut docet Bar.communiter receptus in l.creditor,de ſoluti.Car.Rui. conſi. 167.Viſo præcepto pœnali,nu.7. lib.4.conſi.116.eiuſdem initij,nu.10.lib.5. ubi ampliat etiam, ſi debitor ante compulſionem fuiſſet in mora.Affl.deciſ.150.Rex Alfonſus,nu.8.Philip. Dec.conſi.25.Pro tenui facultate,nu.1.quia ibi debitor, hic non debitor exigitur. & differentiæ ratio eſt,quia cum utroque caſu neuter ſit in culpa,uidelicet nec exactus ſiue debitor,ut in primo caſu, ſiue non debitor,ut in ſecundo caſu,nec is,cuius nomine fuit exactus,ſiue creditor, ut in primo caſu, ſiue non creditor ut in ſecundo caſu, in pari cauſa potior eſt conditio poſſidentis.l.ſi ſeruum. §.ſequitur, infra eo.c.in pari. & ibi glo.Dyn.& alij,de reg. iur.in ſexto. meritò nec debitor in caſu Bar.denuò exigi poteſt;nec exactus pro repreſalijs ex facto alterius indictis,id quod ſoluit repetere poteſt ab eo qui nihil debet.

45 Tametſi iura, quę Bar.in d.l.creditor,in id expendit, facilè uitari poſſint, ut tex.in l.Paulo Callimaco.§.ulti.de lega. 3. quia ideo ibi Mauri hæres ab alumni hærede ex fideicommiſſi cauſa conueniri non poterat, quia placuit Imperatori non uideri eius fideicommiſſum,ſed demonſtratum unde accipere poſſet; & ideo hæredem Seueri hoc præſtare debere:ergo ſi Mauri fideicommiſſum eſſet,utique eius hęres hoc preſtare deberet:quamuis ipſe Maurus procuratoris iuſſu fiſco ſoluiſſet; & ſic ille text. expreſsè contra Barto. & communem probat,tantum abeſt, ut pro eo faciat. ad idem Bar.citat in id tex.in l.liberto.§.Lucius Titius.de annuis lega. qui nihil penitus facit, ut eſt text.in d.l.ſi merces.§.culpæ,locati.& in d.l.pen. in prin.ſol. matr.quia in illis iuribus (ut diximus ſupra nu.41.)præcedit contractus,in quo & dolus & culpa uenit, d.§.nunc uidendum.l.ſi ut certo, commodati.l.in rebus. C.de iure dot.l.etiam.§.licet.ſol.matr.quia culpa ceſſante,ceſſat & actio ex eo contractu oriens: at in quęſtione Bar. præcedit contractus, in quo aut debetur quantitas, & debitor etiam caſu fortuito liberari non poteſt.l.incendium. & ibi glo. & doct.C.ſi certum petat. aut debetur ſpecies, & non niſi eius interitu liberari poteſt.l.quod te.& ibi glo. & doct. ſi certum petatur.

46 Tex.uerò in d.l. creditor. declarandus eſt, ut rectè explicant Butigel.in d.l. quod te. nu. 33. Coraſ. Miſcell.lib.1.c.9.Forcat.Necyom.iur.dialog.6. nume.1.quo remitto. hic non ſunt alia.

Claudite iam riuos pueri, ſat prata biberunt.

F I N I S.

VENETIIS, MDLXXX.